Alarac	eſt Sudor Hominis.
Alaſeff	ſunt Puncta rubea, quæ fiunt ut pulicis morſus, & fiunt, in omnibus membris præcipuè in oculis, & cito recedunt.
Alaurant	eſt Melancholia.
Albedeſenamen	eſt Rubedo extranea ſimilis rubedini ejus, in quo incipit Lepra, quæ apparet ſuper faciē ejus.
Alchirinabe	ſunt ulcera nigra ad ſanandum difficillima.
Alchoatar	eſt vulneratio, cùm quis malè equitat & aliis ſimilibus.
Alcola Alcula	ſunt puſtulæ albæ, quæ in ore fiunt & potiſſimè infantium ex lingua.
Alectati Aletiati	eſt Apoplexia.
Alfacon cordis	eſt Motus vel Tremor aut Saltus Cordis.
Algaham	eſt malus Appetitus comedendi lutum & ſimilia.
Algebra	eſt dislocatio membrorum, interdum pro reſtauratione ipſorum accipitur.
Algia	eſt dolor cordis vel ſtomachi.
Algidon	eſt cardiaca vel dolor cordis.
Alguaemi	eſt, quando facta eſt concuſſio in ligamento oſſium, ſed non perfecta dislocatio eſt.
Alguaſet	dicitur ab Hippocrate Peſtilentia.
Alguardeniti	eſt infirmitas quæ oritur in palpebris intus, & non dimittit aperire oculum & rubet.
Alharbat	eſt ulcus ſive caro ſuperflua pendens in naſo.
Alhaſeff	vide Alaſeff.
Alhatal	eſt Catarrhus.
Alices	ſunt extenſiones omnium membrorum, quæ voluntariè fiunt poſt ſomnum maximè, ut quibusdam placet ex gravi fumoſitate Phlegmatis ad membra proveniente.
Alintifac	eſt Apoſtema in palpebra cum pruritu, quod Firſen oculi nominatur.
Almathim	ſunt ulcera melica & apparent in crure ex eadem materia, ex quâ fiunt varices.
Alobachia	eſt morbus contagioſus.
Alopathiam	dixerunt quidam morbum contagioſum ab uno ad alium tranſeuntem.
Alphos	eſt melancholia vel morphea nigra.
Alſarica	eſt Epilepſia.
Altaion	eſt Apoſtema commune, quod oritur in carne glanduloſa.
Altaraſati	eſt punctus ſanguinis, qui fit in conjunctiva oculi. De quo vide Avicennam.
Alternace	ſunt ulcera nigra melancholica, quæ ſunt ad ſanandum difficillima.
Albuati	eſt ægritudo accidens ei, qui aſſueſcit ut ſuper eum jaceant homines.
Alumfac	eſt apoſtema in palpebra cum pruritu.
Amamoſis Amauroſis	eſt perfectum videndi impedimentum ſine manifeſta paſſione cum difficili motu.
Ameis	eſt extremitas vitæ.
Amfimerina Amphemerina	Febris eſt quotidiana ab amphi Græcè, quod eſt circum & imera, id eſt Dies: eo quod ſingulos dies circuit.
Amidron Amydros	eſt pulſus imbecillis vel debilis.
Amitroceta	eſt debilitas epatis.
Analemſia	eſt ſpecies epilepſiæ vitio ſtomachi.
Anapopletica	ſunt quæ replent vulnus carne.
Anapletotica	ſunt quæ cicatrices groſſant & alta vulnera complent & limpidant.
Anaſarca	eſt hydrops carnoſa.
Anaſarcha	eſt ſpecies hydropiſis, & fit quando ſuperfluitates groſſæ non expelluntur ad cutim.
Anathimiſis	eſt deſtillatio fumi ſurſum à ſtomacho ad caput.
Anodormon	eſt aſcenſus matricis ad ſuperiora.
Anthoriſmata	ſunt tumores.
Antiloblepharus	eſt cum palpebræ ſimul caſu conglutinantur, aut ipſa palpebra oculi albo.
Antropa	eſt converſio ventris ſurſum per vomitum.
Antraſi	eſt quædam ægritudo, quæ dicitur Atroſia.
Apoforeſi	eſt larga ſanguinis detractio.
Apolaxomon	eſt duram carnem habens.
Apoplexia Apopexia	eſt collectio Capitis, & oppilatio ventriculorum cerebri cum provocatione ſenſus & motus.
Aporrema	eſt quando oculi fiunt præminentes ex vomitu vel alia cauſa: Deinde fiunt concavæ.
Apoſiaticus	eſt deponens Phlegma à Capite.
Apoſtema Apoſtaſis	interpretatur collectio.
Aproximon	eſt aggregatio membri, ita quod nec ſemen emittitur, nec membrum erigitur.
Aproximeron Aprocimeron	eſt impotentia actus Venereæ.
Arevatus morbus	eſt icteritia à coloribus Iris.
Argemon Argemata	eſt ulcus in circulo oculi occupans de pupilla & conjunctiva.
Argentea	ſunt oculorum Caligines.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn323817327/302 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft